



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 33. Exoticæ opiniones ac dissidia apud Protestantés.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

§. XXXIII.

*Exoticae opiniones ac dissidia apud
Protestantes.*

Hoc item anno ex privato spiritu, a
crasque literas interpretandi
dicandi promiscua libertate velut ab
fecta radice nocivi progerminabant
sensionum errorumque fructus ac mo
stra: præprimis enim Joannes Uth
cus Coburgensis Præco & Gymnasti
simirini Vice-Director medium
tum animarum a corpore separatum
adinvenit, suaque somnia non modo
suis Discipulis propinavit, sed & un
priori publicis typis in suo program
te in vulgus sparsit. Fingebat ergo
ultimum judicii diem nec justos vi
beatifica fruituros, nec impios in
flammis esse cruciandos: sed hos
taxat inferni metu torquendos, illos ve
ro certissima beatitudinis spe, & p
ac cælestium spirituum consortio lac
dos. Ne vero huic delirio sacrileg
Divini verbi fulcrum deesse videret
id probari putabat ex verbis hisce: *die
die mecum eris in Paradiso: inde in
bat, hunc paradisum, ad quem beatus
latro post mortem deductus fuit, non
alium esse, quam illum locum, ad quem
Christus post perpassam Crucis mortem*

pervenit, Christi autem animam a corpore separatam non illico post mortem ad Dei visionem pervenisse, eoquod ipse post resurrectionem suam Joan. 20. Magdalenæ dixisset: *nondum ascendi ad Patrem meum*: proin nec latronis, nec aliorum fidelium animas statim ad Dei visionem transferri. Insuper commentum suum ex II. Cor. c. 12. v. 2. fulcire nitebatur, asserendo: Paradisum nil aliud esse, quam cælum tertium, ad quod raptus erat D. Paulus, hic vero, quamdiu vixit, Deum non vidit, uti ipsius testatur 1. Tim. 6. nec ergo latro post mortem suam translatus ad Paradisum pervenit ad visionem Dei. Alterum ipsius non minus absurdum argumentum desumpserat ex responso interfectorum subtus altare clamantium, animabus dato: *Adhuc expectate modicum, donec impleatur numerus Fratrum vestrorum*, in cælo autem nullum esse, ajebat hic Fanaticus, vindictæ desiderium, nullam expectationem &c. Tertium eruit ex illis verbis, in quibus de judicio extremo dicitur, quod *tunc* unusquisque recipiet, prout gessit in corpore suo, & quod *tunc* fideles accipient regnum æternum & coronam justitiæ, non ergo, concludit ipse, *statim* post mortem suam recipient &c., si autem, addebat ille, hi textus intelligerentur de *consummata*

CO-

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Sæc. XVIII. corona &c. tunc hoc esset mera principii
 A. C. 1741. pii petitio. Sciscitanti vero, quo loco
 in loco animæ sint, priusquam in cælum vel in infernum assumuntur
 respondet, se cum Catholicis purgatorium non admittere, sed statuere
 sanctos esse quidem in cælo, sed vivos beatifica carere, & impios in inferno
 sed ab igne non torqueri.

Non deerant, qui hunc somnium rem refellere dignarentur, & quidem
 his Anonymus quidam meditationes anno edidit, in quibus ad primum
 burgensis Theologi argumentum recedat, sacrilegio proximum esse, si
 mæ Christi in triduo mortis visio abnegetur, cum eo tempore per
 conjunctio Christi non desierit, ac Christus omnia consummarit, adeo ut
 visione privari non meruerit, Christus quidem tunc cum corpore & anima
 dum in cælos ascendisse, nec ad terram Patris sedisse, inde tamen
 sequi, quod anima Christi, dum e corpore egressa in Paradisum intravit,
 visione caruerit: perperam etiam duci raptum Pauli; utpote tum
 in terra viventis; quæstionem enim esse de vivis, vel extasi raptis, sed de
 fidelium mortuorum animabus vel infernum vel cælum promerentibus: ex
 specta-

spectationem corporis glorificandi non Sæc. XVIII.
 obesse consummatæ felicitati *animarum*; A. C. 1741.
 nec deprehendi petitionem principii,
 verum enim esse, 1. quod animæ sta-
 tim post mortem vel in cælum vel in in-
 fernum mittantur, 2. & quod homo
 post extremum iudicii diem unacum
 corpore & anima vel plenam merce-
 dem vel integram pœnam consecuturus
 sit. De tertio autem hoc loco multum
 asseri, sed nihil probari. Ceterum jam
 antea prodire quatuordecim epistolæ
 de *systemate veterum & recentiorum circa*
statum animarum a corpore separatarum;
 has tamen epistolas Clemens XII. Papa
 jam anno 1739. die 13. April. atro sti-
 gmate notari iusserat. Frequentes in-
 super hoc quoque anno inter Protestan-
 tes Ministellos fervebant dissensiones;
 nam agitabatur adhuc ultro citroque
 cum magna animorum contentione con-
 troversia de privatis collegiis apud Præ-
 conem habendis; ea nonnulli ceu sub-
 pietatis specie latens schismatis fomen-
 tum detestabantur, aliis illa æque
 necessaria, ac ipsa Ecclesia, confessio-
 nale, Baptisterium & Altaria esse vide-
 bantur: scriptis sat amarulentis hinc
 inde per plures annos disceptatum, &
 demum hæc conventicula in Dania hoc
 anno fuere approbata, in Borussia vero
 prohibita.

Pari-

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

Pariter hoc quoque anno circa confessionem & absolutionem Prædicantibus inter se acriter digladiabantur; ac inter alios Kahlerus confessionem nil aliud esse propugnabat, quam excommunicationem minorem; insuper clavium potestatem nec Prædicantibus, nec Ecclesiæ Lutheranæ datam esse, sed ad numerum miraculorum pertinere asserens. Hic admodum modeste addebat, potissimum Præconum partem lupis raptibus similem, nullumque ex illis medium secreta cognoscendi gratia datum esse. Hujus opinioni obstiterit reifers, qui alio commento profusum ridiculo (quid enim naturalius, quam quod monstra parturiant monstra) cedens, statuit, jam ab Adami Prædicantibus datam esse potestatem peccata dimittendi: aliam postea inivit J. J. Moser, docuitque absolutionem a Prædicante datam non esse collativam, sed duntaxat *declarativam & applicativam*, eamque solummodo *conditionate* posse. Huic opinioni refragabantur illi, qui docebant, ejusmodi declarativam seu annuntiativam absolutionem adversari primis Theologiæ principibus, collativam vero esse fundatam in verbis Joan. XX, v. 23. conditionatam quoque Divino mandato ac exemplo Matth. 18. Luc. VII. Matth. 9. esse contrariam &c.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

alii ulterius progressi tradebant, confessionem quidem esse utilem, pœnitenti autem nihil aliud nisi admonitionem vel instructionem esse dandam, manus vero impositionem esse supervacaneam, temerariam & periculofam, & omnino inconsultum esse, ut SS. Trinitatis nomen absolutionis formulæ infereretur. Huic sententiæ sese opponerant non pauci; quinimo in regionibus Brandenburgicis populi arbitrio relictum fuit, utrum Confessionem ante Cœnam facere velint vel non: in aliis regionibus præceptum fuit Prædicantibus, ut ipsi, si Princeps confessionem privatam abrogare velit, huic mandato morem gererent &c.

Necdum etiam deferbuit contentio inter Lutheranos Jureconsultos & Prædicantes circa Principum jura in sacra; illi enim, ut se Principum suorum genio ab omni dependentia alieno accommodarent, illimitatum jus (excluso etiam Prædicantium consilio & assensu) in res Ecclesiasticas Principi vel Magistratui adjudicant, & juxta Christiani Thomasi principia Cæsaro-Papiam invehunt: amare autem queruntur alii Præcones, qui politicos incusant, quod non Principis jura tueri & augere intenti sint, sed potius ideo Verbi Ministros

Hist. Eccles. Tom. LXXVII. li

stros

Sæc. XVIII.
A. C. 1741

stros deprimant, ut per Religionis & Ministerii contemptum privatas suas opiniones circa res sacras in Ecclesiam invehant, & illimitatum dominatum conscientias & Ecclesiæ disciplinam exerceant, ac sensim non modo eas res quæ ad externum Religionis statum spectant, sed & quæ ipsam etiam Religionem attingunt, pro suo arbitrio & in neplacito sub ementita Principis auctoritate vel immutent, vel omnino abrogent, adeo, ut Religio brevi in perniciam tuto regnandi artem, humanæ ingenii commentum transformanda sit. Hæ sunt hodiedum Prædicantium potissimum querelæ ac gemitus, cum tamen potius suos Protoparentes imitari debent, qui, ne uni Ecclesiæ Capiti sese subjicerent, se totamque suam Ecclesiam innumeris subdiderunt.

§. XXXIV.

Libri a S. Romanæ Inquisitionis Congregatione proscripti.

Cum identidem librorum, qui vel factæ doctrinæ vel bonis moribus adversentur, contagio in omnibus ferme Provinciis latius serperet, S. Romanæ Inquisitionis præpositi Cardinales, quantum in eis erat, ejusmodi malo proscriptionis publicæ remedium opponere non desisterunt.